

## INCIPIT LIBER QUINTUS



**E**GREGIUM est cum esset in  
 vna ciuitatum: ecce vir plen<sup>9</sup> lepra  
 et ipse prociens in faciem. rogauit  
 eum / dicens. Domine si vis. potes  
 me mundare / & extendens manum.  
 tetigit illum / dicens. volo mundare  
 Bene vbi leprosus mundat: cert<sup>9</sup>  
 non exprimitur locus. ut ostenda-  
 tur non vnum populum specialis ali-  
 cuius ciuitatis: sed omnium populos  
 fuisse sanatos. Bene autem & secundum  
 Lucam. quarto signo  
 ex quo in capharnaum dominus venit: iste sanatur. Naz si qua-  
 tum diem sole illuminauit / & clariorem ceteris fecit diebus cum  
 illucescerent elementa mundi: & hoc clarus opus est imare de-  
 mus. Et s<sup>m</sup> Mathum autem. primus hic post benedictionem a  
 domino sanatus induitur. ut quia dixit dominus non veni le-  
 gem soluere: sed adimplere. Ille qui excluderetur a lege. pur-  
 gauit se domini potestate presumens: non ex lege: sed supra legem  
 esse gratiam iudicaret: que leprosi maculam posset abluere. De-  
 rum ut in domino potestatis auctoritas: ita in illo fidei constan-  
 tia declaratur. Ille in faciem prociat: quod humilitatis est et  
 pudoris. ut vnusquisq; de sue vite maculis erubescat: sed confes-  
 sionem verecundia non repressit. Ostendit vulnus. remedium  
 postulauit / & ipsa religionis & fidei plena confessio est. si vis in-  
 quit. potes me mundare. In voluntate domini tribuit potesta-  
 tem. De voluntate autem domini: non quasi pietatis incredulus  
 dubitauit: sed quasi colluuiionis sue confusus non psumpsit: cui  
 morali quadam dñs sanctitate respondit. volo mundare. Et cō-  
 tinuo lepra eius discessit ab eo. Nihil enim mediuz est inter op<sup>9</sup>  
 dei atque preceptum: quia in precepto est opus. Demq; dixit  
 et facta sunt. Videtis igitur quod dubitari non potest: quia

voluntas dei potestas est. Si ergo voluntas eius potestas est. q<sup>o</sup>  
 vnus voluntatis firmitatez asserūt. vnus utiq; asserūt potestatis  
 Itaq; statim lepra eius discessit. ut intelligas medentis affectū.  
 veritatem operi addidit. Demq; secundum marcum miseratus  
 est dominus eius: quod est pulcre positum / & pleraq; talia posue-  
 runt euangeliste qui nos vtraq; fundare voluerūt. Descubens  
 tes signa virtutis ad fidem. expumentes opera virtutis ad mita-  
 tionem. vnde & tangit non redignatus / & imperat non diffusus.  
 Hoc enim est iudicium potestatis: quia quasi habens potestatem  
 sanandi / & iubendi auctoritatem: & operandi testimonium non  
 refugit. volo ergo dicit: propter fortium. Imperat propter ac-  
 rum. Tangit propter manicheum. Nec vnus tantum lepre cu-  
 ratur: sed omnium. Quibus dicitur. Jam vos mundi estis: pro-  
 pter sermonem quem locutus sum vobis. Si igitur lepre medi-  
 cina verbum est: contemptus utiq; verbi. lepra mentis est. Sed  
 ne lepra transire possit in medicum vnusquisq; dominice humili-  
 tatis exemplo. iactantiam vitet. Cur enim precipitur nemini di-  
 cere: nisi ut doceret non vulganda nostra beneficia sed premia  
 ut non solum a mercede abstineamus pecunie: sed etiam gratie.  
 Aut fortasse etiam illa silentij causa est imperat: quod meliores  
 putabat qui fide magis spontanea: q̄ speratis beneficijs credidif-  
 sent. Offerre autem iuxta legem se precipitur sacerdoti: non ut  
 alium deferat: sed ut seipsum deo offerat spirituale sacrificium. ut  
 actus preteriti colluuiione deterfa. per cognitionem fidei / & sa-  
 pientie disciplinam: placitura deo hostia consecratur. Omnis enī  
 victima: sale salietur. vnde & paulus ait. Obsecro ergo vos fra-  
 tres per misericordiam dei. ut exhibeatis corpora vestra hostiaz  
 acceptabilem: placentem deo. Simul illud mirabile: quod eo sa-  
 nauit genere: quo fuerat obsecratus. Si vis potes me munda-  
 re: volo inquit. mundare. Dabes voluntatem: habes etiam pie-  
 tatis affectum / & extendens manum tetigit eum. Lex tangi le-  
 proso prohibet: sed qui domin<sup>9</sup> legis est non obsequitur legi: sed  
 legem facit. Non ergo tetigit: quia sine tactu mundare non po-  
 terat: sed ut probaret quia subiectus non erat legi. Nec conta-  
 gum timebat ut homines. Sed quia contaminari non poterat  
 qui alios liberaret. Simul econtrauo lepra tactu domini fugere-  
 tur que solebat contaminare tangentem. Offendit autem se

sacerdoti iubetur / et offerre pro emundatione sua. ut dum offert sacerdoti se intelligeret sacerdos: non legis ordine: sed gratia dei supra legem esse curatum. Et dum mundatur per sacrificium secundum preceptum moysi. ut ostenderet dominus: quia legem non solueret sed impletet. Qui secundum legem gradiens: supra legem sanare eos quos remedia legis non sanauerant videretur. Et bene addidit: sicut precepit moyses. Lex enim spiritalis est. Ideoque videtur sacrificium spirituale mandasse. Denique addidit: ut sit in testimonium hoc vobis. Hoc est si deo credatis: si impietatis lepra discedat. Si occultorum cognitor sit sacerdos: si puri testis affectus. unde potest ille magis sacerdos videri: quem occulta non latent. Cui dicitur. Tu es sacerdos in eternum: secundum ordinem melchisedech.

**E**cce vii portantes in lecto hominem qui erat paralyticus / et querentes eum inferre / et ponere ante illum. Et non inuenientes qua parte illum inferrent pre turba. Ascenderunt super tectum / et per tegulas submiserunt illum in lecto in medium ante iesum. Non odiosa huius paralytica: nec angusta medicina est: quando dominus ei orasse permittit. Non utique propter suffragium: sed propter exemplum. Inuitandi enim speciem dedit: non precandi ambitum requisivit. Et conuenientibus ex omni galilea et iudea et hierusalem legis doctores: inter ceterorum remedia debiliu: paralytica istius medicina describitur. Primum omnium quod ante diximus. unusquisque eger petende precatores salutis debet adhibere. per quos nostre compago resoluta: actuumque nostrorum clauda vestigia. verbi celestis remedio refoverentur. Sint igitur aliqui monitores mentis: qui animum hominis: quamuis exterioris corporis debilitate torpentem: ad superiora eugant. Quorum rursus ammiculis et attollere et humiliare se facilis. ante iesum locetur. dominico videri dignus aspectu. Humilitatem enim respicit dominus: quia respexit humilitatem ancille sue.

**Q**uorum fidem inquit ut vidit Magnus dominus Qui aliorum merito ignoscit alijs. Et dum alios probat. alijs relaxat errata. Cur apud te homo collega non valeat. Cum apud deum seruus et interueniendi meritum / et ius habeat impetrandi. Disce qui iudicas ignoscere: disce qui eger es impetrare. Si grauium peccatorum diffidis veniam. adhibe precatores: adhibe ecclesiam que pro te precetur: cuius contemplatione: quod tibi dominus negare posset ignoscit. Et quamuis historie fidem debeamus non omittere. ut vere paralytica istius corpus credamus esse sanatum: cognosce tamen interioris hominis sanitatem: cui peccata donantur. Que cum iudei asserunt a solo deo posse concedi: deum utique confitentur: suosque iudicio perfidiaz suam produnt. ut opus astruant: personam negent. Itaque ab ipsis et operis sui dei filius accepit testimonium / et vocis suffragium non requirit. Perfidia enim confiteri potest credere non potest. Itaque testimonium non deest diuinitati: fides deest saluti. Nam et validius est ad fidem quod confitentur inuiti / et peritiosi ad culpam: quod negant: qui suis assertionibus reuincuntur. Magna itaque infide plebis amentia. ut cum confessa fuerit solius dei esse donare peccata non credat deo peccata donanti. Dominus autem saluos volens facere peccatores / et occultorum cognitione deum esse demonstrat / et admiratione factorum adijtiens

**Q**uid est facilius dicere: dimissa sunt peccata tua / aut dicere surge et ambula. Quo loco plenam speciem resurrectionis ostendit: qui mentis vulneribus corpusque sanitati peccata donat animorum. debilitatem carnis excludit. hoc est enim totum hominem esse curatum. Quamuis igitur magnum sit hominibus peccata dimittere. Quis enim peccata potest dimittere: nisi solus deus. Qui per eos quoque. quibus dimittendi tribuit potestatem. Tamen multo diuinius est: resurrectione dare corporibus quando quidem ipse dominus resurrectio est. Idcirco lectus qui tolli iubetur. Quid est aliud. Nisi humanum quod iubetur corpus attolli. Ipse est qui per singulas noctes lauatur a dauid lectus dolens: in quo anima nostra graui conscientie egra cruciatu iacebat. Sed si quis secundum christi precepta se gesserit:

iam non lectus dolores est: sed quietis. Miseratione etenim domini cepit quies esse: quod mors erat. Qui nobis soporem mortis vertit in gratiam voluntatis. Nec solum leuare lectum: sed etiam domum suam repetere hoc est ad paradysum redire censetur. Ecce est enim vera domus que hominem prima suscepit. Non iure amissa: sed fraude. Merito ergo restituitur domus: quia modo venerat qui nexum fraudis aboleret: ius reformaret: nec mora ulla sanitatis interuenit. vnum dictorum remediorumque momentum est. Spectant surgentem increduli: mirantur abeuntem / et diuini operis miracula malunt timere quaz credere. Naz si credidissent: non timuissent utique: sed dilexissent. Perfecta enim dilectio timorem excludit foras. Et ideo isti quia non diligebant calumniabantur. Calumniantibus autem dicit. Quid cogitatis mala in cordibus vestris. Quis hoc dicit. Sacerdos magnus qui lepram videbat in cordibus iudeorum. ostendit eos peiores esse leproso. Ille sacerdoti est se iustus offerre purgatus. hos sacerdos repudiat: ne alios lepra quoque eorum contaminat

**S**equitur mistica vocatio publicani quem sequi iubet. non corporis gressu: sed mentis affectu. Itaque ille prius auata de mercedibus dura de laboribus periculisque. nautarum emolumenta conuertens. verbo vocatus. propria dereliquit: qui rapiebat aliena: ac vile illud sedile destituens: toto post dominum vestigio mentis incedit. Conuiuuij quoque magni exhibet apparatus. Qui enim domalio custuz recipit interno: maximis delectationibus exuberantium pasditur voluptatum. Itaque dominus libenter ingreditur / et in eius qui crediderit recumbit affectu. Sed rursus accenditur inuidia perfidorum / et future pene spes prefiguratur. Epulantibus enim fidelibus / et in illo celorum recumbentibus regno. perfidia ieiuna torquebitur. Simul ostenditur quantum interfit inter emulos legis et gratie: quod illi qui legem sequuntur: ieiunementis famem patient eternam. Qui vero verbum in interioribus anime receperunt alimentis celestis / et fontis vberitate recreati: esurire / et sitire non possunt. Et ideo qui animo ieiunabant: murmurabant dicentes

quare cum publicanis et peccatoribus manducat et bibit. Serpentina vox ista est. Denique hanc primam vocem serpens emisit dicens eue. Quid utique dixit deus: nolite manducare ex omni ligno. Ergo patris sui venena diffundunt. Qui dicunt: quid utique cum publicanis et peccatoribus manducat et bibit. unde dominus cum peccatoribus manducando: etiam cum gentilibus non prohibet nos inire conuiuuij / dicens: ne egent qui sani sunt medico. Sed qui male habent. Nouum medicamentum: nouus magister aduexit. Hoc de terra non pululauit: imprudens enim est creatura huius confectiois. venite omnes qui incurristis peccatorum varias passiones. utinam peregrino medicamento: quod venenum serpentis excludit: quod non solum passionum abstulit acritatem. Sed etiam causam diu vulneris amputauit. Hoc medicamentum: non famem incidit. Venit enim filius hominis manducans / et bibens / et dicit: de nouo habet: et ideo mens nostra non est ieiuna. Ieiunant hi: quibus abest christus bonorumque mentoruz copijs egent. At vero cui virtus sua voluntate sufficit: qui sua domo recipit christum. Conuiuuium magnum exhibet: hoc est bonorum operum spirituale conuiuuium: quod diues populus eget. pauper epulatur. Et ideo inquit ieiunare non possunt filij sponsi: quamdiu cum illis est sponsus. venient autem dies cum auferetur ab illis sponsus / et tunc ieiunabunt in illis diebus. Qui sunt illi dies quibus a nobis christus auferitur. maxime cum ipse dixerit: vobiscum ero usque ad consumationem mundi. Ipse dixerit non relinquam vos orfanos. Certum est enim quod si nos relinquat: salui esse nequeamus. Nemo tibi christum potest auferre: nisi te ipse auferas. non te auferat arrogancia: nec tibi de lege presumas. Non enim vocare iustos venit: sed peccatores. Quomodo igitur dominus iusticias dilexit: neque dauid vidit iustum derelictum / aut que ista equitas. si iustus relinquitur. peccator adscidatur. Nisi intelligas: quod eos iustos dicit. qui ex lege presumant / et euangelij gratiam non requirant. Nemo autem iustificatur ex lege. sed redimitur ex gratia. Est igitur in lege iusticia: sed non per legem iusticia. Nam ipse apostolus hebreus ex hebreis secundum legem phariseus. secundum iusticias que in lege est conuersatus sine querela. Qui gloriatur ex lege: que mihi iura fuerunt. hec duxi propter christum derumenta

esse: hoc est abiectam iusticiam / et gloriam legis. Iusticia enim legis sine chusto vacua est: quia plenitudo legis chustus est. Et ideo et si est in lege iusticia: non est tamen per legem iusticia. Si enim per legem iusticia. ergo chustus mortuus gratis est. Mortuus est enim chustus. mortuus est ut impleteret iusticiam. Demique Johanni dicenti. Ego a te debeo baptizari / et tu venis ad me. Respondit: sine modo: sic enim decet nos implere omnem iusticiam. Ergo non gratis mortuus: sed pro nobis mortuus est chustus. ut iusti fulgerent sicut sol in regno patris sui. Sed non iudei iusti quibus dicitur. Cum videtis iustos intrare. regnum celorum. Isti sunt iusti qui percutientem: non reperiunt qui inimicum diligunt. Si sic non accipimus: inueniuntur contrarium: non veni vocare iustos. Sed illos non vocat: qui se iustos dicunt: ignorantes enim deum / et suam iusticiam querentes statuere: iusticie dei non sunt subiecti. Ergo usurpatores iusticie non vocantur ad gratiam. Nam si gratia ex penitentia. utique qui fastident penitentiam abdicant gratiam: isti erunt vulnerati: qui se sanctificant. Istis sponsus aufertur. Nobis autem non cayphas: non pilatus chustum abstulit: nec possumus ieiunare quia chustum habemus / et cuncti carne epulamur et sanguine. Quomodo enim videtur ieiunare qui non esurit. Quomodo sitire potest autem qui bibit chustum. Cum ipse dixerit: qui bibet ut de aqua quam ego dabo: non sitiet in eternum. Demique de animi dictum ieiunio: etiam sequentia declarantur.

**O** Ixit enim similitudines ad illos: quia nemo commissuram de vestimento nouo immittit in vestimentum vetus. Dixerat filios sponsi: hoc est filios verbi: qui per lauacrum regenerationem in ius diuine regenerationis assumpti sunt. Quamdiu cum illis est sponsus: ieiunare non posse. Non utique hoc ieiunium relegatur: quo cofiatur caro / et corporalis luxuria castigatur: hoc enim ieiunium nos commendat deo. Nam quemadmodum discipulos ieiunare prohiberet: cum dominus ieiunaret cum postremo diceret nequissimos spiritus. non nisi ieiunijs.

et orationibus superare posse. Demique etiam hoc loco ieiunium vestimentum appellauit vetus: quod exuendum apostolus estimauit / dicens. Expoliate vos veterem hominem cum actibus eius / et induamus eum: qui baptismatis sanctificatione renouatur. In eandem igitur formam series conuenit preceptorum nec ad veterem et noui hominis miscemus. Cuius ille corporalis exterior opera carnis operetur / et hic interior qui renascitur non veterum lorum speciem veterum nouorumque debeat habere gestorum. Sed concolor chusto illum studio mentis imitauit. Cui renatus est in lauacro. Absint igitur decolora mentis velamina: que displicent enim ei: qui vestem non habuit nuptialem. Sponso autem quid potest placere: nisi pax animi. puritas cordis: cautas mentis. Bonus sponsus dominus iesus: hic nouo partu natura ministravit: huic desponsata corruptelis carnis absoluitur. Non filios mortales requirit: non eue delectatur dolibus: non vitium obnoxium culpe: non hereditariam damnati patris. vidit carnis enim vlcera: que antea concupiscebat aduertit non esse pulcritudines veram que viduorum habebat deformitatem. Et ideo quid tibi cum tali sponso femina require diligenter / et in omni corpore inuenies cicatricem. Cognosce alium magis sponsum qui circumdatur luce: cuius species non potest interire. Dunc tolle in animum tuum: consecra in templo tuo. Tolle in corpore tuo sicut scriptum est tollite dominum in corpore vestro. Quius thalamum ingrediere nouos. huius spectato peregrinum decorem. Dunc inuere. hunc vide ad dexteram et gaude qui talem habes sponsum. Dic te vesti et benedictione: qua noceat lassura peccati. Seruemus igitur vestem qua nos sacro dominus emergentes fonte vestiuit. Cito sanditur vestis: si facta non congruant. Cito tineis carnis adteritur / et veteris hominis errore maculatur. Ergo hic noua veteribus copulare. In apostolo autem etiam nouis vetera superuestiu prohibemur: sed exuere vetus nouum sumere. ut expoliati: non nudi inueniamur. Expoliamur enim meliora sumptuum: nudamur autem cum monumentum nobis aliena fraude detrahatur. non nostra voluntate deponitur.

**E**U nemo mittit vinum nouum in utres veteres. Fragilitas humane conditionis aperitur. Cum corpora nostra exuuijs defunctorum animalium comparantur. atque vti nam bonorum vtrium versus possimus implere. ut sacramentum quod accepimus reseruemus. Leuat iniuriam industria. si renouatis vtribus noua vna creduntur. et ideo vtres hos plenos seruare semper debemus. Vacuos enim cito tinea et erugo consumit. gratia seruet impletos. Pulcre autem operi talia precepta conueniunt. Sextum est enim opus: quo martheus leuis noua quadam figuratur forma. Sexto autem die factus est homo. sexto igitur christi opere reformatur. Jam non vetus sed noua creatura. et quedam forma peregrina. et ideo tanquam noua creatura conuiuium christo exhibet: eo quod et in ipso christus delectaretur. et ipse partem delectationis mereretur habere cum christo. Ad hunc igitur informandum precepta dat dominus. Sequitur enim iam letus alacer et exultans. dicens: iam non publicanum gero. ias non porto leuim. Exui leuim. postquam christum moui. Odi genus meum: fugio vitam meam priorem: solum te sequor domine iesu qui sanas vulnera mea. Quis enim me separat a caritate dei: que in te est: tubulatio: an angustia. an fames: ligatus sum fidei clauis quibusdam. et bonis compedibus caritatis innexus sum. Omne mandatum tuum sicut cauterium impressum tenebo. et si vult cauterium mandati: tamen putrefacta carnis ex vultu ad viuum secpat contagio. Et si mordet medicamentum: tamen vicius vlceus tollet. Aufer igitur domine iesu potenti macera tua: in eorum putredines peccatorum. dum habes ligatus caritatis vinculis. seca quodcumque vicius est. veni cito incidens occulta. et latentes varias passiones. aperto vulnus: ne noxius serpat vicius. Emunda omne quod fetidum est. peregrino lauacro. Mudite me terremi homines qui in peccatis vestis cogitationes ebreas geritis. Et ego leuis: talibus passionibus eram sauciatus. Inueni medicum qui in celo habitat. et in terzis spargit medicamenta. Adic solus potest sanare vulnera mea: qui sanescit. hic auferre cordis dolorem pallorem anime: qui nouit occulta.

De sabbato S.

**F**actum est autem in sabbato secundo primo: cum transiret iesus per sata. vellebant discipuli eius spicas et manducabant: confucantes manibus suis. Non solum comprehensione verborum: sed etiam usu ipso: specieque gestorum. Incipit homines dominus iesus veteris obseruatione legis exuere. nouoque indumento vestire gratie. Itaque eum iam in sabbato per seminata transiit. hoc est ad mouet fructuosius itineribus. Quid sibi sabbatum velit: quid seges: quid spice: non mediocre misterium est. Ager enim est ois hic mundus. agri seges: in satione humani generis: fecunditas numerosa sanctorum. Spice agri: fructus ecclesie: quos operibus discutientes suis apostoli pascebantur: nostro se alentes profectu. Stabat igitur seges iam fecunda virtutum pululantibus spicis: quibus nostru fructus menti comparantur. Eque enim. aut imbre marcescunt: aut sole torrentur: aut pluuijs humescunt aut tempestatibus eliduntur: aut a messoribus intra horreum fidelia receptacula reconduntur. Receperat ergo terra iam dei verbum et celesti semine satus diuites vetus ager almus effuderat. Esuriebant discipuli salutem hominum. et tanquam folliculis corporum: mentium fructus ad fidei lucem preclaris operum suorum miraculis eruebant. Sed hoc putabant iudei sabbato non licere. Christus autem noue gratie munere designabat oium legis. opus gratie: nec sine misterio hoc ab euangelista: secundum Matheum et Marcum sabbatum positum puto quoniam sabbatum perpetue ferie sunt resurrectionis eterne. vel in hoc igitur seculo ferias ac vacantibus superstitionibus iudeorum. vel in futuro ferias ipsi perpetua solemnitate celebrantes que bona sunt terre manducabimus. Juxta quod scriptum est. Illi manducabant. vos vero esuuetis. Mire tamen secundum Lucam: secundo primuz. non primo secundum sabbatum dixit. Deuteroproton scriptum est. Preferre enim debuit quod precessit. Secundum ideo quia primum ante ex lege precessit. In quo etiam pena scripta est si quis operaret. Primum autem ideo: quia sabbatum illud ex lege solutum est quod erat primum. et hoc primuz factum est: quod secundo est constitutum. Nam et cum operari sabbato liceat et operantis nullas sit pena: sabbati utique ex lege: cuius soluta est nec nomen habebat.

Sed tamen fuit illud primum ordine: hoc primum munere: nec  
 ideo minus hoc: quia secundum. Nam et adam primus: nec com-  
 parandus secundo adam. Primus enim adam in animam uiuen-  
 tem: nouissimus adam in spiritu uiuificantem. Et primus ho-  
 mo de terra terrenus: secundus homo de celo celestis. Prelatus  
 utique secundus primo. Ille causa enim mortis huic uite. Sic  
 et secundo primum sabbatum dicitur: secundum iuxta numerum  
 primum iuxta operationis gratiam. Melius est enim sabbatum  
 quo impunitas datur: quaz quo pena prescribitur: prima lex: se-  
 cundum euangelium: inferior tamen formido: quam gratia. An  
 forte et primum hic in predestinatione consilij: et secundum in san-  
 ctione decreti. Bene autem dominus in lege typum futuri hoc  
 quoque demonstrat loco et defensores legis arguit: nescire que le-  
 ges sunt. Exemplum asserens quod dauid cum esuaret ipse cum so-  
 cijs intrauit in domum dei: et panes propositionis sumpsit et man-  
 doucauit: et dedit his qui cum ipso erant. Magnum et uere exem-  
 plum propheticum: quo primum non inania legis: sed solius uti-  
 litatis nobis sequenda produntur. Deinde quia dauid cum so-  
 cijs fugiens a facie regis saul: hic prefiguraturus in lege christus  
 est: qui cum apostolis principem mundi lateret. Quomodo autem  
 ille obseruator legis atque defensor: panes et ipse manducauit:  
 et dedit his qui secum erant. Quos non licebat manducare: nisi  
 tantummodo sacerdotibus: nisi ut per illam demonstraret figuram  
 sacerdotalem cibum: ad usum transiturum esse populorum. Si-  
 ue quod omnes uitam sacerdotalem debemus imitari: siue quia  
 omnes filij ecclesie sacerdotes sunt. Ungimur enim in sacerdotium  
 sanctum: offerentes nosmetipsos deo hostias spirituales. Legi igitur  
 iam superfluit doctrina christi ne legem soluet sed implet: quia  
 nec sabbatum soluit. Si enim sabbatum propter homines factum  
 est utilitas autem hominis postulabat esuuentem hominem: qui  
 diu fuerat terre fructibus abdicatus: ueteris famis ieiunia uita-  
 re. Non utique lex soluitur: sed impletur. Quomodo igitur do-  
 mino ad cumen obijatur: quod in seruo pro cumme non tenetur  
 Quid autem euidentius hac figura: quam per totam currit hystoria. In-  
 trauit dauid in domum abimelech sacerdotis: sed nec periculo mor-  
 tis proposito hospitem recusat: declinat exulem sanctus animus sa-  
 cerdotis. Quanta hospitalitatis est gratia: ut libenter in nos aliena

pericula transferamus. Verum hoc in hystoria: morale: in miste-  
 rio profeticum est. Quod nec presumptio furoris mortis exitio  
 uerum illum dauid hospicio sue mentis religiosi excluderent sacer-  
 dotes. Nec solum in cuiusque domo uatis reperitur docetur cu-  
 stus hospicium: sed etiam per figuram nequidie: spiritualis manu-  
 bias et arma sumpturus. Nam qui christum recipit hospicio: in-  
 telligibilem illum goliath spoliat suis telis. Quid uero euidentius  
 quam quod in abimelech domo quinq; panes petit dauid et unum  
 accepit. Demonstrante typo: quod iam non quinq; libu: sed  
 christi corpore cibis fidelibus pararet ut christus corpus assu-  
 meret: ne quis de fidelibus esuaret. Nec doech figura uacat que  
 erat custos mulorum. Eo quod alius nisi infructuosi gregis cu-  
 stos unde typum proditoris implet. Jam illud quod dauid  
 receptione abimelech domum preter abiathar principem tunc  
 temporis sacerdotem: saul persecutus est. Ostendit prophetia  
 nobis: quod nemo possit nocere uero principi sacerdotum qui so-  
 lus est custos

**H**inc ad alia progreditur dominus hiesus. Nam  
 qui totum hominem saluum facere disposuerat: per  
 singula membra currebat. Ut uere diceret: inchi-  
 ita samini quia totum hominem sanum feci in saba-  
 bato

**E**rat ibi homo: et manus eius dextra erat arida.  
 Itaque hoc loco manum illam quam extendit ad  
 et interdite arboris poma decerpit: suis bonorum  
 factorum salutaribus irrigauit. Ut que cum ne  
 aruerat: bonis operibus sanaretur. In quo iudeos redarguit cu-  
 stus: qui malis interpretationibus legis precepta violarent. Esti-  
 mantes sabbato etiam a bonis operibus seruandum: cum lex in presen-  
 tibus formam prefigurauit futurorum: in quibus utique malorum feue fu-  
 ture sunt: non bonorum. Nam licet et secularia opera conuiescant  
 Non odiosus tamen boni operis actus est mundi laude reuelare  
 Audisti igitur domini uerba dicentis: extende manum tuam. Com-  
 munis ista generalisq; medicina est et tu qui putas manum habe-  
 re te sanam: caue ne auaritia: caue ne sacrilegio contrahitur.  
 Extende sepius eam. Extende ad illum pauperem qui te obsecrat.

extende ut proximum iuues. ut vidue presidium feras: cupias  
miuere: quem vides iniuste contumelie subiaceret. Extende ad deum  
pro peccatis tuis. Sic manus extenditur: sic sanatur: sic hiero-  
boam manu cum ydolis sacrificaret contraxit: et tursus cum deo  
rogaret extendit

**H**audum est autem in illis diebus exiit montem orare.  
et erat pernoctans in oratione dei. Non omnes qui orat  
ascendit in montem. Est enim oratio que peccatus fa-  
cit: sed qui bene orat. a terrenis ad superiora progrediens verti-  
cem cure sublimis ascendit. At ille non ascendit in montem qui  
de seculo diuitijs / aut de honore sollicitus est: non ascendit in mo-  
tem: qui funditus optat aliena. Ascendit ille qui deum querit.  
ascendit ille qui cursus sui dominica adiumenta deposcit. Omnes  
magis: omnes sublimes: montem ascendunt. Non enim cuius-  
que propheta dicit: ascende in montem excelsum qui euangelizas  
syon: exalta in virtute vocem tuam qui euangelizas hierusalem.  
Non vestigijs corporalibus: sed factis sublimioribus. in hunc mo-  
tem si ascendas. sequeris christum. ut ipse esse mons possis. Mo-  
tes enim in circuitu eius. Quere in euangelio. inuenies solus cum  
domino montem ascendisse discipulos. Orat ergo dominus: non  
ut pro se obsecret: sed ut pro me impetret. Nam et si omnia po-  
suerat pater in potestate filij. filius tamen ut formam hominis  
implet: obsecrandum patrem putat esse pro nobis quia aduo-  
catus est noster. Noli insidiatoces aperire aures. ut putes filium  
quasi infirmum rogare. ut impetret: quod implere non possit.  
Potestatis auctor: obedientie magister. ad precepta virtutis  
suo nos informat exemplo. Aduocatum inquit habemus apud  
patrem. Si aduocatus est. debet pro meis interuenire peccatis.  
Non ergo quasi infirmus. sed quasi pius obsecrat. Vis scire  
quia omnia que velit possit: et aduocatus: et iudex est. In altero  
pietatis officium. in altero insigne est potestatis. Et erat in ora-  
tione inquit pernoctans dei. species tibi datur. forma prescribitur  
quam debeat emulau. Quid enim te pro salute tua facere  
oportet. quando pro te christus in oratione pernoctat. Quid  
te facere conuenit. cum vis aliquod officium pietatis aduocari: quan-  
do christus missurus apostolos orauit prius / et solus orauit. Dec.

usquam alibi si non fallor orasse cum apostolis reperitur. ubique  
solus obsecrat. Dei enim consilium humana vota non capiunt.  
Nec quisquam interuorum. potest esse participes christo. vis sci-  
re quam mihi non sibi orauit. Vocauit inquit: discipulos suos  
et elegit duodecim ex ipsis: quos ad propagandum auxilium salu-  
tis humane per terrarum orbem satores fixi destinaret. Simul  
aduerte celeste consilium: non sapientes aliquos: non diuites.  
non nobiles: sed piscatores et publicanos quos diuigeret elegit.  
Ne traduxisse prudentia: ne redemisse diuitijs. inter potentie no-  
bilitatisque auctoritate. traxisse aliquos ad suam gratiam videretur.  
ut veritatis ratio. non disputationis gratia preualeret. ele-  
gitur et iudas: non per imprudentiam: sed per prouidentiam: qua  
ta est veritas: quam nec aduersarius minister infirmat. Quan-  
ta mortalitas domini: qui periclitari magis apud nos iudicium  
suum quam affectum maluit. Susceperat enim hominis fragilita-  
tem / et ideo nec has partes recusauit infirmitatis humane. vo-  
luit de se. voluit prodi: voluit cum apostolo suo tradi. ut tu si a  
sodo desertus: si a sodo proditus fueris: moderate feras: tuum  
erasse iudicium. perisse beneficium

**E**t descendit inquit cum illis / et stetit in loco campestris.  
Aduerte omnia diligenter: quomodo et cum aposto-  
lis ascendat / et descendat ad turbas. Quomodo enim  
turba nisi in humili christum videret. Non sequitur ad excelsa.  
non ascendit ad sublimia. Denique ubi descendit inuenit infir-  
mos. In excelsis enim infirmi esse non possunt. Sic enim ma-  
theus docet in inferioribus debiles sanatos esse. Prius enim  
vnusquisque sanatus est ut paulatim virtutibus precedentibus  
ascendere posset ad montem. Et ideo vnumquemque in infir-  
mitatibus sanat: hoc est a libidine reuocat. inuicem cecitatis auertit.  
Ad vulnera nostra descendit ut usu quodam et copia sue natu-  
re. comparticipes nos faciat esse regni celestis. Et sanabat hos  
quidem sed in inferioribus relinquebat

videns autem turbas ut legisti. ascendit in montem. Et cum sedisset accesserunt ad eum discipuli eius. Evangelizaturus enim et benedictionum de thesauro diuinitatis prompturus oracula. incipit esse sublimior. Dic autem et si inhumili stabat: tamen oculos eleuauit. Sic enim etiam cum lazarus suscitaret: infremuit spiritu: sic etiam caput leuauit cum mulieri adultere peccata donaret. Quid est enim leuare oculos: nisi interius lumen aperire. Denique sanctus matheus aperuit inquit os suum. Thesaurus scilicet sapientie et science dei reclusis aditis templi sui ora reserauit. Ergo et tu aperu os tuum: sed prius ut aperuatur implora. Si enim paulus in apertione sui implorat auxilium: multo magis implorare te conuenit. Ostendit enim tibi clauem scientie: qua os aperire tuum debeas: dicens propheta. aperu os tuum verbo dei. Verbum dei clauis tui oris est: clauis science oris tui clauis est: quia laxatis silentij catenis. impetite claustra reserantur.

**B**eati paupes quia vestrum est regnum dei. Beati qui nunc esuriunt et siciunt quia saturabuntur. Beati qui nunc fletis: quia uidebitis. Beati eritis cum uos oderunt homines

**Q**uatuor tantum beatitudines sanctus Lucas dominicus posuit. octo uero sanctus Matheus. Sed in istis octo ille quatuor sint: et in quatuor istis ille octo. Dic enim quatuor uel ut uirtutes amplexus est cardinales. Ille in istis octo mysticum numerum reseruit. Pro octaua enim multa scribuntur psalmi: et mandatum accipis. octo illis partem dare fortasse benedictionibus. Sicut enim spei nostre. octaua perfectio est: ita octaua summa uirtutum est. Sed que sunt potius ampliora uideamus. Beati inquit paupes spiritu. quoniam ipsorum forum est regnum celorum. Primam benedictionem hanc uterque euangelista posuit. ordine enim prima est: et parens quedam generatio uirtutum: quia qui contempserit secularia: ipse merebitur sempiterna. Nec potest quisquam meritum regni celestis adipisci. Qui mundi cupiditate possessus emergendi non habet facultatem. Secunda benedictio. beati inquit mites. Tercia beati qui lugent. Quarta: beati qui esuriunt. Quinta: beati misericordes

Sexta. beati mundo corde. Septima: beati pacifici. Et bene septima: quoniam eo die ab omnibus mundi operibus requieuit deus. dies enim quietis et pacis. Octaua. beati qui persecutionem patientur propter iustitiam. ueni domine ihesu. doce nos ordinem beatitudinum tuarum. Neque enim sine ordine dixisti. primo beatos paupes spiritu. secundo beatos mites. tercio beatos qui lugent: etiam si cognosco aliquid: tamen ex parte cognosco. Si enim paulus ex parte cognouit: quantam ego possum cognoscere: qui paulo quantum uita: tantum etiam uerbo inferor sum. Uita enim uerbum exigit et acquirit. Sermo enim sine uita. non sermo dei: quanto me sapientior paulus. Ille gloriatur in periculis: ego gloriatur in successibus. Ille gloriatur: quia reuelationibus non extollitur. Ego: si que reuelationes mihi contingerent. gloriarer. Sed tamen potens deus: de lapidibus homines suscitare: et uerbum proferre de clausis: uocem dicere de mutis. Quod si a sine oculos aperuit ut uideret angelum. potens est et nobis quoque aperire oculos. ut possimus dei uiderere mysterium. Beati inquit paupes inquit: non omnes beati paupes. Paupertas enim media est: possunt et boni esse et mali paupes. Nisi forte ille intelligendus pauper. beatus: quem propheta describit: dicens. Quia melior iustus pauper: quam diues iniquus. Beatus pauper qui clamauit: et dominus ex audiuit eum. Pauper a crumine: pauper a uicijs: pauper in quo mundi princeps nihil inuenit. Pauper illius emulus pauperis: qui cum diues esset: propter nos pauper factus est. unde plene matheus aperuit dicens. Beati paupes spiritu. Pauper enim spiritu non inflatur: non extollitur mente carnis sue. Prima ergo ista benedictio est: cum deposuero omne peccatum: et ex uere omnem malitiam et simplicitate contentus fuero inops malorum. super est ut mores meos temperem. Quid enim mihi prodest carere secularibus: nisi fuero mitis atque mansuetus. Nam qui sequitur uiam rectam. sequitur utique illum qui ait. Disate a me quia mitis sum et humilis corde. Depone igitur que improba sunt. egeto uicijs secundum bonam paupertatem. Mitiga affectum tuum: ut non irascaris: aut certe iratus non peccaueris. iuxta quod scriptum est. Irascimini et nolite peccare.

Preclarum est enim motum temperare consilio: nec minoris virtutis ducitur cohibere iracundiam. indignationem compescere. quā omnino non irasci: cum plerumque illud lentius: hoc fortius estimetur. Cum hoc feceris. memento quia peccator es: et lugere peccata tua: lugeto delicta. Et bene tercia benedictio est peccata defluentis quia tumitas est quae peccata condonat. Ablue igitur te lacrimis tuis. laua fletibus si tu ipse te fleueris. alius te non fleuit. Nam si saul deflesset peccata sua. samuel eum non fleuisset. Dabit unusquisque quod flet mortui sui. Mortui sumus. quando peccamus. quando implemur ossibus mortuorum. Mortuus est sermo malus qui exit ex ore. Exit enim de sepulchro malo. Sepulchrum autem patens est guttur eorum. Ideo dicit apostolus. imitatores mei estote. vult nos delictorum memnisse nostrorum. Paulus non habebat quod lugeret: ex quo in chultuz credidit: et tamen prius defleuit: dicens. Quia non sum dignus vocari apostolus quia persecutus sum ecclesiam dei. Ille igitur peccator ante fidem. nos vero adhuc peccamus pro fide. qui peccator est defleat se: et arguat se. ut fiat iustus. Iustus enim accusator est sui. Ordinem igitur persequamur: quia scriptum est. ordinate in me caritatem. Deposui peccatum: temperavi mores. delicta defleui. esurire incipio: et esurire iusticiam. Eger enim cum in graui morbo est non esurit: quia egrotudinis morbo excludit famem. Sed que ista fames iusticie. Qui sunt isti panes: quos esurit iustus. Ne forte panes illi. de quibus dictum est. iuuenis fui et senex: et non vidi iustum derelictum: nec semen eius querens panem. Qui esurit. vixit vitium querit augmentum. Quod autem maius virtutis incrementum: quam norma iusticie. Post hos. beati inquit misericordes. Iusticiam enim: sequitur misericordia. unde dictum est. dispersit dedit pauperibus. iusticia eius manet in eternum. Sed etiam qui misericordiam defert mercedem amittit. nisi mundo corde misereatur. Nam si iactantiam querat: nullus est fructus. Emunda igitur interiora mentis tue: et si diligenter peccatorum tui secreta mundaueris. compatere his qui impugnantur: et intellige quantum hominum: quanti fecerunt tui. auxilium tuum querant. Sed nisi tu prius interiora tua vacua feceris ab omni labe peccati: ne dissensiones contentionesque ex affectu tuo procedant: non potes alijs ferre medianam. Ne te igitur pacem mape. ut cum fueris ipse pacificus. pacem alijs feras. Quomodo potes aliorum corda

mundare: nisi tuum mundaueris. Proposuisti igitur alijs. tulisti auxilium pluribus. festina contende ad finem. Multi cum essent. exitus vite vnus domino competebat. Naz quod natum erat pro carnem. oportebat secundum carnem moueri. Elegit passionem. ut moreretur pro nobis: et tu dic: de omnibus: que retulit mihi. Calicem salutis accipiam: et nomen domini inuocabo. hoc est passionem.

**U**nde etiam illis qui ad dexteram: vel sinistram sedere. cupiebant. ait. potestis calicem bibere: quae ego bibiui sum. usque ad finem te ducit. usque ad martium persequitur et constituit beatitudinem palmam. Vide igitur ordinem: oportet esse pauperem fieri spiritu. Humilitas enim spiritus. diuinae virtutum sunt. Nisi pauper fueris: mitis esse non poteris: qui mitis est. potest lugere presentia. Qui inferiora luget. potest desiderare meliora. Qui superiora querit: inferiora deuitat. ut et ipse a superioribus adiuuetur. Qui miseretur cor suum mundat. Quid est enim mundare animum: nisi sordeam mortis abluere. Elemosina enim a morte liberat. Patientia vero perfecte est caritatis. Qui autem patitur persecutionem. in ultimo certamine constitutus probatur aduersis. ut cum legitime certauerit coronetur. hos quidem gradus volunt esse virtutum: per quos ab ultimis ad superiora possimus ascendere. Demum sicut incrementa virtutum. Ita etiam sunt incrementa premiorum. Plus est enim dei esse filium: quam possidere terram: et consolationem mereui. Sed quia et primum premium regnum celorum et vltimum premium regnum celorum est. Nunquid equale premium incipientibus. atque perfectis est. Ne forte mystice docemur: quia est primum regnum celorum illud apostolicum. dissolui et esse cum christo. habes primum regnum: quando sancti rapiuntur in nubibus obuiam christo in aera. Multi enim dormientium surgent. Isti in vitam eternam: illi in obprobrium. Dum ergo regnum celorum sanctis propositum est in absolute corpore. Secundum regnum celorum est. post resurrectionem esse cum christo. Cum fueris in regno celorum: tunc processus est mansionum: et si vnus regnum: diuersa tamen merita sunt in regno celorum. Post resurrectionem terram tuam incipies possidere absolute a morte

Ille enim cui dicitur terra es / et in terram ibis non possidet terram suam. Non enim potest esse possessor: qui non capit fructus. Absolutus igitur per dominicam crucem. Si tamen intra iugum domini fueris inuentus consolationem in ipsa possessione reperies. Consolationem sequitur delectatio. delectationem diuina miseratio. Quem autem miseratur dominus et vocat: qui vocatur. videt vocantem. qui deum videt. in ius diuine generationis adsumitur. Tunc demum quasi dei filius. celestis regni diuitijs delectatur. Ille igitur inquit: hic repletur. Nam et intra hoc seculum multi imperio romano sunt. Sed maiorem imperij gratiam qui propiores imperatori sunt consecuntur. Nunc dicamus quem admodum in quatuor benedictionibus sanctus Lucas benedictiones sit octo amplexus. Et quidem scimus virtutes esse quatuor cardinales. temperantiam: iustitiam: prudentiam: fortitudinem. Qui pauper est spiritu. auarus non est. Qui flet non superbit sed mitis est et pacatus. Qui luget humiliatur: qui iustus est non negat quod sit omnibus ad usum communiter datum: qui miseretur largitur de suo: qui suum donat non querat alienus: nec dolum proximo suo instruit. Concrete igitur sibi sunt concatenatae virtutes. ut qui unam habeat plures habere videtur / et sanctis una competit virtus. Sed eius que fuerit obuior. obuius est premium. Quanta hospitalitatis in abraham. Quanta humilitas: quanta sanctitas. ut frater filium ab hoste seruet. et quanta abstinentia. ut nihil de preda quereret. Sed quia fide prestat fidei pre ceteris meruit principatum. Ergo unicuique plura premia: quia plura incentiua virtutum. Sed quod in aliquo merito copiosius: hoc etiam premio redundantius. Beati pauperes spiritu. habes temperantiam que a peccato abstinet. seculum calcas: illecebrosa non querit. Beati qui esuriunt et sitiunt. Qui enim esurit: esuienti compatitur. Compatiendo largitur: largiendo fit iustus: quia iustitia eius manet in eternum. Unde et in matheo sitim / et famem intelligimus spiritalem: quia abusu iusticie desideratur aut potus: quia virtus quasi materia quedam virtutum est. ut iustus equalem se in inferiobus prestat.

dolum excludat: veritatem requirat. Beati qui nunc fletis: quia videbitis. Dabes prudentiam cuius est flere occidua / et ea que eterna sunt querere. Lugete secularia que seipsa compugnent de um patris inquirere qui stulta mundi elegit. ut confundat sapientes / et qui ea que non sunt destruat. ut que sunt possunt adipsi. Beati eritis cum vos occurrunt homines. Dabes fortitudinem sed eam que non odio mereatur excumine: sed persecutionem patiat ex fide. Sic enim ad passionis peruenitur coronam. si gratiam hominum negligas: diuinam sequaris. Denique ut scias consumationem esse fortitudinis passionem. secundum hec inquit facebant prophetis patres eorum: quia prophetas iudei usque ad mortem corpus persecuti sunt. Est etiam fortitudinis etiam vincere. indignationemque cohibere. ac per hoc fortitudo animus corpusque confirmat. Nec perturbauit timore aliquo. vel dolore: quibus velut prauis interpretibus plerumque percellimur. Ergo temperantia cordis habet animique mundiciam: iustitia: misericordiam: pacem: prudentiam: mansuetudinem: fortitudo

**U**obis diuitibus qui habetis consolationem vestram licet in pecuniarijs copijs multa sint lenocina desideriorum. pleraque tamen sunt etiam incentiua virtutum. Quamquam virtus subsidia non requirat / et commendatio sit collatio pauperis quam diuitis liberalitas: tamen non eos qui habent diuitias: sed eos qui vti his nesciant. sententie celestis auctoritate condemnat. Nam et ille pauper laudabilior: qui prompto largitur affectu: nec repagulis impendentis egestatis inhibetur. In opere se non putat qui habet. quod nature satis est. Ita hic cummior diues: qui vel deo referre gratiam de eo debuit quod accepit. Nec censum ad communem usum datum: sine usu abdere de fossis terre incubare thesaurus. Non census igitur sed affectus in cumine est / et quamquam tota etate custodie miserabilis. sollicitas auara mens tendat excubias: quo nulla pena grauior est: successorum profutura compendijs. anxio timore seruare. Tamen quomodo auaricie studia / et desideria congerendi. manam quadam voluntate pascuntur. Qui consolationem vite presentis habuerunt. remunerationem perpetue perdidit. Possumus hic tamen diuitem intelligere populum iudeorum vel hereticos vel certe mundi philosophos. Qui veritate verborum / et

quosdam ambitiose facundie patumonio delectari. simplicitatem vere fidei supergressi. thesauros inuiles condiderunt. Nonne tibi videtur hereticus aliquis cum audis eum de generatione domini iuxta usum seculi disputantez diues in verbis pauper in uerbis. Qui putat se in hoc tempore locupletes habere diuitias. sed in futuro egestatem sue fidei recognoscet. Cibumq; per fidei quem presenti etate ructauerit: eterno fidei comaceratus ieiunio causam tanti sciet esse supplicij. Eritq; tempus ut usus suos luceant qui dicta nostra nunc vident quibus bene dicitur. *De vobis cum benedixerit homines. Nonne tibi videtur his dicere qui dum maxumensi concilio perfide preuarcationis auctores: cum imperatoris gratiam sequuntur. dei gratiam perdidit. Qui cum placere potentibus aucupantur. maledictio se perpetuo subdicere. Ergo sanctus Matheus primus ad virtutem et fidem populos prouocauit: hic etiam cum inimicis atque peccatis: futurorum suppliciorum denudatione deteruit. Qui non otiose plurimorum factorum celestium enumeratione progressus. ad benedictionum locum seruus venit. ut populos diuinorum miraculis roboratos ultra legis tramitem virtutum progredi vestigijs edoceret. Querat canendum illic ubi adhuc infirme plebis corda nutabant: hic tube clangore exatanda virtus fuit. Docet hoc libu huius: que in proximijs et que in processu sermionis aperitur oratio: illic qui infirmi sunt adhuc quosdam legis lacte potantur et ideo per legis tramitem ducuntur ad gratiam. Audiunt que legis sunt. ut ultra legem: legem sequendo procedunt. Adic ecclesia fundator non lacte imbuitur. Sed cibo vesatur: aibus enim validior est cautas. Deniq; miter tua maxima: spes: fidem: maior est cautas. Ordinatur igitur cautas cum dicit. diligite inimicos vestros. ut compleatur illud ecclesiast: quod ante iam dictum est: ordinate in me cautatem. Ordinatur enim cautas: cuz cautatis precepta formantur. vice quam ab alioribus ceperit et legem post benedictionis euangelice terga reiecit. Lex viastitudinem imperat vltionis. Euangelium inimicis cautatem. benignitatem odij. vicia maledictis: subsidia psequentibus et patiaz*

esumentibus. gratiam remunerationis imperijt. Quanto at hletat perfectior: qui non sentit iniuriam. Et ne videretur dominus legem dissoluere: in beneficijs vicem seruat: quam negligit iniurijs: sed tamen dicendo. Prout vultis ut faciant nobis homines. facite illis similiter. vicissitudo ipsa cumulator est: quando voti s actus equatur. Nesit enim virtus mensuram gratie: nec contenta referre quod acceperit

**E**t si diligitis eos: qui vos diligunt: que vobis est gratia. vult cumulare quod sumpserit: ne inferior sit beneficio: licet equetur officio. Non enim cumulato tantum sed ordine et tempore beneficia pensantur. Cum in beneficio pauperior sit qui prior cepit. Beneficijs enim est qui gratiaz ceperit debitor qui retulerit. Et si mutuum deueritis his a quibus speratis recipere. que vobis est gratia. Aliud itaq; beneficium est beneficij principatus. Nam si qui pecuniam reddidit: non soluit gratiam. manetq; gratia debitor. et si iam non sit pecunia. Cur gratiam referendo putemus posse vacuari: cuius relatio accepte magis est testimonium quam solute. Bono itaq; exemplo imbuatur xpianus. ut non contentus iure nature gram ei9 requirat

**A**rumtamen dico vobis. diligite inimicos vestros. Si enim commune est omnibus etiam peccatoribus reclamare: cui genus professionis excelisus. studiuz quoq; debet esse virtutis vberius. ut diligat etiam non amantes. Nam et si nulla menta diligendi usum amous excludant: non tamen virtutis excludunt. Sicut enim in eo qui te diligit. pudet gratiam non referre: et gratie amore referre: amor tibi eius molestus: quem antea non amabas. Ita etiam in eo qui non amat. debes amare virtutem. ut dum virtutem amas. incipias eum amare quem non amabas. Cum rara et caduca remuneratio sit amatis: sempiterna virtutis. Quid aut tam iniquum: quam percutienti maxillam prebere alteram. Nonne omnis indignantis frangitur impetus ita sedatur. Nonne fit per patientiam. ut sua amplius pernitentia reuerberes verberantem. Ita erit ut et iniurias repellas et gratiam queras. Et sepe maxime causa amous existit: cuz patientia insolentie. gratia refertur iniurie. Equidem ut audire me

memini. vel hoc solo pressum philosophie supercilium putamus quod in tres partes illa sibi videtur diuisisse iusticiam. Unam in deum que pietas vocatur: alteram in parentes vel reliquum humanum genus. Terciam in mortuos: ut his exequiarum iusta soluantur. At vero dominus hiesus legis oraculum ac philosophie fastigium supergressus in eos quoque qui lesunt pietatis potestatem officium. Et enim si hostis qui tecum bello armisque certauerit: depositis armis misericordiam sue salutis adipiscatur. Idque plerumque vel contemplatione nature. vel ipsius belli iure defertur. ut subiectis vita tribuatur. Quanto amplius meliore religionis contuitu deferendum est. Nam cum preliatorum appetite salutis causa non moueat: nunquid mouere debet militem pacis. Itaque illud apostolicum: quia cautus patiens est: benigna est: non emulatur: non inflatur. In his preceptis consumatam videmus. Si patiens est: debet patientiam verberanti. Si benigna est non debet respondere maledictis. Si non querit que sua sunt: non debet resistere diripienti. Si non emulatur: odisse non debet inimicum. et tamen apostolicis diuine superfluunt precepta pietatis. Plus est enim donare quam cedere: plus est amare inimicos quam non emulauit: que omnia dominus et dixit et fecit: qui cum maledicti ceretur non remaledixit: qui cum percuteretur: non percussit. Cum respoliaretur non resistit. Cum crucifigeretur: ipsis persecutoribus veniam postulauit: dicens. Pater dimitte illis peccatum: quia nesciunt quid faciunt. Cuminatores suos excusabat a crimine. Illi crucem parauerant hic salutem et gratiam rependebat: et tamen quoniam studia ipsa virtutum sine remuneratione torpescunt: et exemplum nobis attulit: et mercedem spondit e celo. Silios dei futuros pollicens: qui fuerunt imitatores eius. Qui enim festinat ad premium: facti dicit non debet exemplum. quia quanto precellentius premium: tanto impensius officium. Quanta autem misericordie merces: que in ius diuine adoptionis adipiscatur. Sequere igitur misericordiam. ut merearis gratiam. Late patet benignitas dei: super ingratos pluit. malis fecunde non negat terre prouentus. Idem mundi sol: saculegos religiososque pauca illuminat. Aut ut iustice ista pendamus. Prophetis populum iudeorum dominus pluujs irrigauit et solis eterni refulsit radijs: etiam non merentibus.

Seco quoniam illi mundano rore maduerunt: ecclesia dei ad celeste lumen adscendit. Ita tamen ut illis quoque misericordia si credant prerogatiua seruetur

**N**olite iudicare: et non iudicabimini. Adidit non temere iudicandum: ne cum sis tui conscius ipse delicti in alterum cogitaueris ferre sententiam

**N**on est arbor bona: que facit fructus malos. Magna etiam disciplina virtutis. ut de infructuosis fructuosa non queras: ne de incultis prouentum fecunditatis expectes. Vnicuique enim sua cultura dat fructus

**N**eque enim de spimis colligunt ficus. In spimis istius mundi ficus illa non potest inueniri: que quia fecundis fructibus melior est. Bene spes ei resurrectionis aptatur. vel quia ut legisti ficus ceciderunt grossus suos: quod immaturus et inutilis et caducus in sinagoga fructus ante precessit. vel quia immatura vita nostra est in corpore. matura in resurrectione. Et ideo procul a nobis debemus seculares sollicitudines abdicare que mordeant animum mentemque adurant. ut maturos fructus culture diligentis possimus adipisci. Quod in incultis istius mundi reperire non possumus: quia non legunt de spimis ficus: neque de tribulis vindemiant uiam. Alterum ad mundum et resurrectionem alterum ad animam et corpus refertur. vel quia nemo peccans fructum acquirit anime sue: que sicut uia proxima teris corumpitur in superuobis maturatur. vel quia nemo potest damnationem carnis euadere: nisi quem christus redimeat: qui sicut uia pendit in ligno. Procul igitur ab illa carne quedam nato hominum tribulos generare precepta est. Leuemus oculos spirituales. tendamus manus. ut christum vindemiare possimus. Omnium autem fundamentum docet esse virtutum obedientiam celestium preceptorum: per quam domus hec nostra non profluvio voluptatum non nequie spiritualis incursum: non imbre mundano: non hereticorum possit nebulosis disputationibus commoueri. Pulcre autem ubi precepta compleuit. formam docetur suorum preceptorum exequi